



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 7. Quantus, in virgæ sortibus, Dei simius sit Cacodæmon?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

quadam virgula, aurum argentumque, ubi lateat, norunt hariolari; sed alij quoque conceptis verbis efficiunt, ut virgula recta, ad nomen rei, quam indagant, sponte sua, iunctis extremitatibus, in circulum coeat, & à cornibus velut lunetur.

Strabo. l.
15. Collec-
nuc. l. 1.
Rer. Nea-
politana.

§. VII.

Quantus, in virgæ Sortibus, Dei simius sit cacodæmon?

Nimirum insignis Dei simia est diabolus. Quem non potest imitari, æmulatur. Scit olim Aaroni, virgula florente, sacerdotij prærogatiuam obtigisse, dicente Domino: *Loquere ad filios Israël, & accipe ab eis virgas singulas, per cognationes suas, à cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, & uniuscuiusq; nomen superscribes virgæ suæ. nomen autem Aaron erit in tribu Levi, & una virga cunctas seorsim familias continebit: ponésq; eas in tabernaculo fœderis, coram testimonio, ubi loquar ad te. quem ex his elegero, germinabit virga eius.* &c. Gessit & Moyse res prodigiosas, per virgam. Sed diuina vis non est perinde omni virgæ alligata. Itaq; sicut Pharaonis malefici fecerunt etiam ipsi per incantationes *Ægyptiacas & arcana quedam similiter: proieceruntq; singuli virgas suas, quæ versæ sunt*

Num. 17.

2.

Exod. 7.

11.

se sunt in dracones: ita hodie dum cacodæmon homines dementat, ut dum sunt Orci ni, sibi diuini esse videantur. Illi scire debent, antiquam hanc esse antiqui serpentis artem, ut se in Angelum lucis transfiguret, fallacissimāque promissione dicat: Eritis, sicut di, scientes bonum & malum. Accedit, hoc tempore, *diuinatōriam sortem* nec ius- sam à Deo, nec, sine peculiari instinctu Dei permissam, sicut adhuc permissa fuit, quan- do B. Dei mater Iosepho sponsa data est, in- tidem virga eius germinante, ut quidam piè credunt.

§. VIII.

Enominibus, aut libris Sortes diuinatorie quam vana, quāque impie sint; & a quibus magnatibus v- surpatae?

Sueton.
in Augu-
sto & Ti-
berio.

Diuinatorie sorti olim valde dediti fuerūt Augustus, Tiberius, itēque rex Pergami Attalus. Utinam & nunc non etiam mul- ti magnates se sinerent in hoc barathrum præcipitari, ut consilia matrimoniorum, bellorum, aliorūmq, negotiorum sorti com- mitterent! Vidi homines, non de plebe, qui ex nominibus, mero parentum arbitrio impositis, fausta infaustaue matrimonia o- mi-